amputandũ eſt de monaſterio: ne quis preſumat aliquid
habere propriũ: nullã omnino rem. neq; tabulas. neq; co
dicem. neq; graphium. ſed nihil omnino: quippe quibus
nec corpora ſua habere licet in ꝓpria poteſtate. Neq; pſu
mat quiſquã aliq̃d dare aut accipere ſine iuſſione abba-
tis. Et poſt pauca. Et ſiquiſquã in hoc nequiſſimo vicio
depꝛehenſus fuerit delectari: admoneatur ſemel et iterũ: ſi
non emendauerit: correptioni ſubiaceat. Sanctus quoq;
baſilius in regula monachoꝝ dicit. Si q̃s ſibi propriũ
dicit eſſe aliq̃d. ſine dubio alienũ ſe facit ab electis dei: et
charitate chriſti. qui docuit verbo. et ope compleuit: q̃ ani
mã ſuã poſuit ꝓ amicis ſuis. Si ergo ip̃e animã ſuã po-
ſuit: quomodo nos etiam ea que extra animã ſunt nobis
vendicabimus? Si non acquieſcit monachus doctrine
dñi dicentis. diligite inuicem ſicut et ego dilexi vos: ac-
quieſcat aplo dicenti. auferte malũ ex vobiſipis: ne forte
accidat ut modicũ fermentũ totã maſſam corrũpat. In
admonitionibus quoq; ad monachos: idem baſilius di
cit. Quotidiano victu contentus eſto: et quicq̃d ſupereſt.
tanq; impedimentũ huius propoſiti proijce a te. Multi
enĩ per auariciã. mortis periculũ inciderũt. Propter aua
riciam achar cũ ſuis omnibus lapidatus eſt: ſaul a dño
factus eſt alienus: et ad extremũ de regali culmine pul-
ſus. ab inimicis ſuis ꝑemptus eſt. Alienum te facito fili
mi ab hoc vicio: et voluntariã paupertatem libenter am
plectere. Beatus quoq; hieronym⁹ dicit in normula vir
ginũ. Qui iam renunciauerũt om̃ibus que poſſident: ex
voto ſub iuramenti pollicitacõne promiſerunt. nihil tem-
porale. nihil terrenũ. non ſolũ poſſidere: ſed nec quidem
appetere. Et ſanctus doctor auguſtinus in ſuo canone
precipiens fratribus dicit. Non dicatis aliquid propriũ
ſed ſint vobis omnia cõmunia: et diſtribuatur vnicuiq;
veſtrũ a prepoſito veſtro victus et tegumentũ. In regula
quoq; pauli et ſtephani antiquiſſima dicitur. Nulli fra-
trũ liceat uel pomũ uel quodcũq; olerum aut condimen-
torum. vel aliud aliquid ad vſus ſuos quaſi peculiari ap-